

tios illisⁿ deteriores^o, qui et^p Christum dominum persecuti sunt^q et apostolos et in carnis^r operibus fideles possidebant captivos, prohibentes eos gratie libertatem ingerere et ad gentium populum^s predicando transire. [Aper-
 295 tio^t primi sigilli^t] Primum itaque^u ecclesie^v prelium cum Iudeis est habitum^w veluti cum novis Egiptiis, in quo scilicet prelio primum sigillum^x apertum est. Ecce iam patet nucleus, quem testa celabat; vivens apparet^y veritas, quam in sepulcro linteamina palliabant. Qui credit hoc ita esse, suffi-
 300 ciat me^{za} breviter^z tetigisse. Qui autem^a fidem sibi plenius fieri deponit, expectet integritatem operis, ut sciat, quid iudicet^b et^c quid condempnet⁶¹. Cuncta esse deoabilia nemo dubitat et tamen multi putant^d non posse fieri, quod possibile esse^e sciunt.

Sed ad reliqua transeamus signacula ostendentes, non exponentes, qualiter a Christo domino per tempora propria^f sunt^g aperta. [Apercio^h secundi sigilli^h] Secundum signaculum bella Chananeorum continet, pro quibus in ecclesia conflictusⁱ datus estⁱ paganorum. Apertum ergo^k est secundum sigillum^l paganorum temporibus. [Apercio^m tercia sigilli^m] Tertio sigillo prelia continentur Syrorumⁿ et aliarum gentium, pro quibus in ecclesia Persarum^o et^o Gothorum et^p Vandalorum et Longobardorum orta^q sunt⁶². [Apercio^r quarti sigilli^r] Quartum vero^s sigillum^t continet bella Assiriorum, pro quibus contra ecclesiam Sarraceni, gens^u pestilens^u, sunt exorti, qui^v talia operati sunt in christiano populo qualia^w illi in populo^w Israel^x. [Apercio^y quinti sigilli^y] Secuti^{za} sunt Caldei sub signaculo quinto^a, pro

n) illi C. o) peiores AC. p) fehlt ACE. q) fehlt E. r) terrenis AC.
 s) populos AC. t-t) fehlt ABCE. u) utique E. v) fehlt B. w) folgt et DE.
 x) signaculum D. y) apparuit B. z) media linthei DE. a-a) fehlt B.
 b) videat B. c) fehlt AC; aut D. d) dubitant AC. e) folgt non D. f) fehlt D.
 g) sint AC. h-h) fehlt ABCE. i-i) bella data sunt D. k) fehlt AC.
 l) signaculum DE. m-m) fehlt ABCE. n) Syriorum A. o) persecutiones DE.
 p) fehlt D. q) orte DE. r-r) fehlt ABCE. s) fehlt D. t) signaculum D.
 u-u) genus scilicet pestilens AC. v) quia AC. w-w) fehlt C. x) israelitico D.
 y-y) fehlt ABCE. z) sicuti C. a-a) Quintum sigillum bella continet Caldeorum DE. Die Lesart ist im Zusammenhang einer Überarbeitung eingeführt worden, bei der der ursprünglich zusammenhängende Text in Absätze eingeteilt und (nur in D bezeugt) Überschriften hinzugefügt wurden. ABC repräsentieren demnach im allgemeinen die ältere Version, wobei B noch einmal besondere Beachtung verdient. Alle Hss. enthalten aber ursprüngliche Lesarten.

⁶¹⁾ vgl. die Einleitung S. 85f.

⁶²⁾ vgl. Enchiridion, Z. 1200 (f. 35^v).